

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Mendacium c cum uariis

Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sunt mendacia quedam pro salute uel commodo alicuius non malicia sed benignitate ut obstetrices que dixerunt pro filiis Israel falsum Pharaoni. Hec autem mendacia non re sed in dolo laudantur et qui sic menciuntur, merebuntur aliquando ab omni mendacio liberari. Est eciam mendacium ioco quod non fallit. Scit enim cui dicitur causa ioci dici, et hec duo genera non sunt sine culpa sed non cum magna. Perfectis non conuenit mentiri nec pro temporali uita cuius morte sua uel alterius. Occiditur enim anima, licet autem eis si non falsum dicere, uerum tacere ut si quis non uult hominem ad mortem perdere uerum taceat sed non falsum dicat, nec pro corpore alterius animam suam occidat.

Augustinus super Psalmum V.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

eciam] enim M; cui] cre *add. (del. sub lin.)* B; enim *om.* P V¹ V² L¹ L²; eis *om.* P V¹ V² L¹ L²; super *om.* B C